
3. Solœcismus & nugatio Sophistis magis qvâm seria tractantibus conveniunt.

Generalia artifia & $\sigma\sigma\varphi\iota\varsigma\mu\alpha\sigma\kappa\varphi\alpha\tau\pi\mu\alpha$ ad decipiendum maximè idonea, qvibus plerumq; Sophistæ uti solent hæc sunt:

1. *Est digressio.* Utuntur enim qvâdam digressione, ut adversarium à scopo abducant.

2. *Est celeritas in interrogando.* Adhibitâ enim celeritate in interrogando, adversarius qvæstionum multitudine obruitur, & facile confunditur.

3. *Provocatio ad iram.* Eò allaborant, ut adversarium ad iram provocent. Tunc enim ex seriâ disputatione fit inanis alternatio.

4. *Fallaciarum occultatio.* Vident, ut fallacias arte qvâdam tegant, & ita adversarium callidè circumveniant. *Vide Jac. Martin. logic. p. 1130. Hieron. Reckleben. Org. Arist. de Sophist. c. 15. p. 179. Bertium de Sophist. c. 15. p. 315.*

Appen-